

ue guardarlo, e pensar del dandolo de comer e vestir, e de las otras cosas que menester le fueren, segun entendiere que lo dene fazer exercitando toda via que allega segun los bienes que del recibio. Cum igitur tutor cogatur alimenta pupillo prestare, non potest in eo prestari donatio. quia tunc solum donatio prestatur. ¶ quando quis solvit, quod non tenebatur, l. donari ff. de res. jur. At, qui cogi potest, si faciat actum, dicitur coactus facere, Ioan. Andr. in cap. praterea, in versio. extorqueretur de iur. patron. & alios referens Petrus Surdus de aliment. tit. 6. quaest. 14. num. 4. cum seqq. fol. 216. ubi num. 7. adit aliam huius rei rationem, nempe quia cum praecesserit causa necessaria, alendi scilicet pupillum, censendum est tutorem aluisse, ut implet munus suum, non ut donaret, quia actus referri semper debet ad necessariam causam quae praecessit, l. fin. C. de alim. pupill. praestand. Et in terminis, quia tutor in ratione reddenda repetat alimenta, quae pupillo praestitit, est text. in l. sumus, C. de administ. tut. qui est in distincte loquatur de expensa facta in pupillum, gl. tamen ibi ponit, & exemplum in alimentis: Ad idem est text. in l. 2. C. de aliment. pupill. praest. ubi quia, & si tutor taxari non fecerit ab initio alimenta pupilli, fiet tamen postea taxatio & solutio, quos text. ad hoc allegavit Grammaticus, discif. 103. num. 204. quae etiam sententiam pluribus probavit Cuman. consil. 88. num. 4. in versio. circa secundum, & latius Petrus Surdus ubi supra, d. quaest. 14. a. num. 1. usq. ad num. 9. & iterum prius, tit. 3. q. 7. per totam fol. 134. ¶ Unde l. 35. tit. 12. p. 5. quae videtur decidere contrarium nempe, *Que el que se mune ac riar algun huerrano deamparado en su casa por piedad, e ar e ab ar sus bienes no puede de despus demandar las espensas, que buziere sobre esarazon,* loquitur & procedit, quando ex causa pietatis solum id fit, ut ex ratione expressa in eadem l. patet ibi: *Cu pua se movio ac riar el moco por razi de piedad e de misericordia, entienda que lo hizo por aver galardon de Dios, &c.* Ubi Greg. Lopez. in glossa 2. inquit, in dubio non praesumi, quod factum sit pietatis causa, cum nemo iactare suum praesumat, leg. cum de indubio, ff. de probat. & quod constare debet ex conjecturis vel alias, quod motus fuit causa pietatis: secus ergo erit, si ut tutor vel curator id fecerit, ut probatur ex praecedentibus.

130 Ampliatur & superiora de alimentis repetendis & reputandis in rationibus tutelae vel curae, praestitis per tutorem vel curatorem pupillo aultore, ut procedant & locum habeant, etiam si tutor vel curator sit languine conjunctus, puta patruus, quia nihilominus conceditur repetitio ejus, quod impendit in alimenta, secundum Cuman. dicto consilio 88. columna finali. quiloquitur in casu magis dubio, scilicet, quando pupillus etiam aliquid operatur ad commodum tutoris, quod comprobatur late Petrus Surdus, de alimentis titulo 6. dicta quaestione 13. numero 10. ubi numero 14. versiculo dubitari potest, cum numeris sequentibus. late agit de huius veritate, scilicet, quando pupillus operatur sit tutori, an tutor possit alimenta praestita repetere & num. 21. resolvit inherendo ad naturam rationis etiam communis Doctorum opinionum, compensationem fieri pro rata operatum cum alimentis, si considerabilis sit operarum utilitas, secus si sit modici momenti.

131 Secundo ampliatur, & ut procedant quoque in fratre tutore, ut in terminis probat Petrus Surdus, ubi supra, numero 12. ubi numero 17. inquit errare Albanum, consil. 12. reprobantem in fratre dotante forem, Bald. in l. fin. in fin. C. de dot. promiss. num. 12. & docentem communem opinionem esse in contrarium, nempe, quod frater dotans forem, etiam si ejus administrator praesumat, dotasse eam ex propria, non autem ex bonis ipsius sororis, quia imo & communis opinio est pro Baldo, secundum Petrum Surdum, de aliment. d. tit. 6. quaest. 14. num. 15. & cum sequuntur multi citati a Menoch. de arbit. judic.

casu 88. n. 46. cum seqq. & Mascard. conclus. 577. n. 11. licet ipse Mascard. ibi relinquat cogitandum, utri sententia adhaereat lector, sed opinio Bald. verior & tenenda est, ut patet ex adductis per Menoch. ubi supra, num. 47. cum seqq.

Tertio ampliatur, ut non solum repetat tutor alimenta, quae praestitit pupillo, sed etiam ea quae dedit forori ejus, l. qui filium, ff. ubi pnp. educ. deb. & mor. ar. P. Surd. ubi supra, d. 9. n. 14. diximus supra in 2. par. huius tract. c. 3. n. 43.

Tutor vero regulariter non est alendus de bonis pupilli, l. tutoribus, §. si ff. de aliment. tut. Roland. consil. 5. num. 20. vol. 3. text. in §. sed & propter, in l. de excus. tut. ubi Aret. num. 4. hoc notat dicens, quod si pupillus teneatur alere tutorem, non esset bona excusatio, quae tamen in eo text. admittitur tutori dicens, quod necesse est ei esse omni die in agro pro victu, Alexand. consil. 108. num. 8. vol. 1. ubi inquit, quod tutor teneatur pupillo rationem reddere de fructibus, quos pro suo victu consumsit. Et idem voluit Porcius in §. dari autem, n. 6. in fin. in l. qui test. tut. dar. poss. Aret. in tract. de testam. gl. 96. n. 9. quos refert & sequitur Petrus Surdus, de aliment. tit. 1. & 2. & 3. in fin. fol. 84. ad fin. & fol. 55. in princ.

In quibus locis dicitur, hoc non procedere, quando tutor esset pauper, ita quod non possit sumum numis expedire, nisi sibi de alimentis provideret, text. in l. §. si pupillus, ff. de tut. & rat. distrab. & ibi notant Orosfred. Jacob. & Alber. Baeca de decim. tit. cap. 1. n. 12. tenet etiam Menoch. consil. 228. n. 11. lib. 3. & D. Castell. in tract. de ventris par. §. fol. 22. colum. paulo post princ. Aret. in d. §. sed & propter num. 4. Benicass. in tract. pauper. in 2. quaest. in 2. special. judic. num. 22. late Cavalcant. de tut. & curat. num. 309. & ante eos Bartol. in tract. de aliment. num. 57. quos refert & sequitur Petrus Surdus, ubi supra, n. 3. ubi n. 4. inquit, hoc modo multo magis procedere, dum tutor versatur circa confectionem inventarii, quia si pauper sit, interrim est alendus, secundum Praetorem & Specul. quos refert. Secundo limitatur in tutoribus Principum & illustrium personarum: hi enim alendi sunt de bonis pupilli, ut voluit Germin. in cap. grandi, n. 12. de supplem. negli. pralat. ubi etiam Corse. n. 95. & Menoch. ubi supra, num. 31. 42. 50. & seqq. & Petrus Surdus, de aliment. tit. ult. quaest. 44. n. 1. in quibus etiam infra cap. 2. idem probamus. Has tamen limitationes veras esse intelligimus, ubi tutori nullum salarium vel decima fructuum pro labore praestatur: alias secus, quia tunc illo debet esse contentus.

Similiter etiam tutores & curatores sibi conservant, & in ratione administrationis tutelae reputant expensas, quas ipsi faciunt domo egressi, si alibi res minoris vel furiosi gerenda sit, l. §. si pupillus, vers. si sumus, ff. de tut. & rat. distr. & viatica, si ex officio necesse habuit aliquo excurrere vel proficisci. Ita tenent plures, quos refert & sequitur Baeca de decim. tit. cap. 1. num. 3. & prius Orosfred. in l. sumus, ad fin. ff. de pact. & Padilla in l. n. 18. C. de tranf. act. Ioan. Garf. de expens. & melior. d. c. 4. n. 11. & tenet etiam Petrus Surdus, de aliment. tit. 6. quaest. 14. num. 5. fol. 35.

Debet tamen ex his expensis deduci, quas domo eant facturi praedicti administratores, ut docuit Guid. Pap. decif. 627. si quis condemnatur, in hoc in cap. fin. de dolo, & consummac. Abb. in cap. finem litibus, num. 37. de dolo, & contum. ubi limitat, nisi domi viveret ex artificio, Rapallan. forens. Infr. lib. 2. fol. 173. quos refert & sequitur Baeca d. cap. 1. num. 11. & alios Ioan. Garf. d. cap. 20. num. 11. de expens. & melior. Rusticus autem t. tutor vel curator aliusve administrator, qui pedes iter facere solet, pro pupillo eques non debet proficisci, iuxta gloss. in l. idem que §. idem Labeo, verbo, cum oportere, ff. mandat. quam refert & sequitur Ioan. Garf. d. num. 11. ad fin. ubi t. quod deniq. tutor vel curator eas expensas pro pupillo faciat, quas pro se fecisset, ut per Israquell. de nobilitat. cap. 20. numero 77.

Reputant etiam tutores & curatores in ratione tutelae sumtus

sumtus omnes, quos faciunt, & expendunt in rem & patrimonio minorum suorum, l. consil. ff. de curat. furios. l. 3. §. contrarium, vers. deducuntur, ad fin. ff. de contr. & util. act. l. ut l. tutoribus, §. princ. principalibus ff. de administ. tutor. Petrus Surdus, de aliment. tit. 3. quaest. 7. num. 4. & 5. Itaque si ve adificent, sive reficiant, conservant sibi expensas, & sumtus, l. l. 15. tit. 16. part. 6. Et despus que esto ovien en fecho de venlas guardadores en derocar las casas del huerrano que no cayan, y fazer labrar las heredades, e criar los ganados que fallaren en los bienes del finado. Ergo expensas omnes has conservat: quia si praeterisset, teneatur, l. quisquid, C. arbit. tut. Ioan. de Plateana l. 2. C. de condit. in pub. horre. is, lib. 10. Si t. igitur utiliter gerat tutor, conservat sibi expensas factas, idque iudex arbitrabitur, l. quid ergo, ff. de contr. & util. act. l. 1. & datur contraria, & utilis actio tutelae non solum tutori, sed etiam ei, qui praetorice negotia gessit, & curatori adolescentis, prodigi, & furiosi ut in l. ff. de contr. & util. act. l. 1. ex qual. in omni genere administrationis, & administratoris, sicut recipitur secundum Ioan. Garf. d. cap. 20. num. 16. in fin.

141 Imo t. etiam tutori restitui debent expensae factae pro pupillo, licet excedant valorem omnium facultatum pupilli, l. 3. in princ. ff. de contrar. judic. tutel. & ibi Nicol. de Neapol. dicit, hoc bene procedere, si fuit utiliter expensum, subdens tunc dicit utiliter expensum, quando erogavit pro defensione causae status pupilli, cui fuerat mota questio, refert & sequitur Petrus Surdus de aliment. tit. fin. num. 7. & 8. ubi quod idem multo magis iudicari debet de impensa utilis facta pro sanitate recuperanda, & tamen mater repetat expensas, quas fecit in accensando tutorem suspectum, agens t. Petrus Surdus, de aliment. tit. 5. quaest. 8. num. 89. cum seqq. fol. 205. col. 3. Praeterea t. tutores & curatores reputant in ratione administrationis litis sumtus, l. si ff. de tut. & rat. distrab. quod est commune tutoribus, & reliquis administratoribus, qui non solum lites coeptas prosequuntur, ut eas percipiant, sed etiam incipiunt cas, quos perire posse putant, l. §. illud, ff. de mun. & hon. & etiam si non sint tempore periturae, ut probat late Ioan. Garf. d. cap. 20. num. 17. post Spin. in specul. testam. gloss. 29. num. 56. concludentes, quod illi curatores, quicquid sine dolo malo expendunt, agendo ad edificantum, reficiendo, defendendo, interpolando, & interrumpendo sibi conservant l. 1. §. quod de fructibus, ff. de curat. bon. & ibi d. l. 17. titulo 16. par. 2. Debent t. igitur lites agere, & ad lites tutelae administrationis tractandas, sumtus quoque faciendos, ut tutor, administrator, curator, Syndicus, & reliqui administratores in huiusmodi sumtibus & expensis sita moderate gerere, quasi res proprias, non alienas gerant: neque enim pro pupillo absente, furioso, ventre, vel pro bonis magis expendendum est, quam pro 144 l. exenderet tutor aut curator. Itaque t. moderata esse oportet salaria advocatorum, procuratoris, legitimos sumtus, certas expensas iure & lege taxatas, ne sub praetextu pupilli, & eius patrocini universum patrociniolum consumatur, ne vendere aliena liberaliter existant: Non tamen debent calumniosas causas instituisse, nec quicquam earum nomine expendere, alias expensae sibi imputantur, & in ratione reddenda eas non reputantur, ut in lege non est ignotum, C. de administ. tut. & ibi Doctores, ubi sumtus permittuntur propter bonum. Causam diximus supra.

145 Si vero t. lites utiliter a principio instituat, aut prosequatur sunt per administratores, etiam si ritilem eventum (ut ad solent) habeant, deducunt etiam expensas praedictarum litium, l. qui mutam, §. fin. ff. mandat. si servus in rem, in princ. ff. de in rem versio, leg. si servum, C. eodem titulo, quia ergo, ff. de contr. jud. tutel. Sufficit enim, ne inquit Dipsianus, tutori bene, & diligenter negotia gessisse, et si eventum ad verum habuerit, quod gestum est, & in d. leg. quid ergo, dicitur, quod tutor expensas o-

mnes consequitur, quas utiliter fecit a principio, etiam si nihil ad actum sit pupillo, & etiam si plus expendat, quam sit in facultatibus, dom tamen expedit pupillo ita tutelam administrari. Ceterum si non expedit absolvi pupillum oportet: non enim in hoc administratur tutela, ut mergantur pupilli. Iudex igitur, qui contrario iudicio cognoscit, utilitatem pupilli spectabit, & an tutor ex officio sumtus fecit.

Poterit etiam tutor & curator, jate quilibet administrator, sicut possessor hereditatis, meliorationes factas recuperare, & conservare sibi utiliter factas, licet non essent res, in quibus factae sunt nempe, quia perierint & combusta, vel evicta sint, si a principio utiliter factae sunt, l. plane, ad fin. ff. de petitione hered. & in negotiorum gestore idem probat text. in l. sed an ultra, §. is autem, ff. de negot. gest. ex quibus iuris in tutore & curatore hoc probat Ioan. Garf. d. cap. 20. num. 20. post Spin. (tutum tamen) d. gl. 29. n. 67. & 68.

Insuper t. observandum erit in materia redditionis rationis, quod obligatus ad rationem reddendam rationibus traditis, & computatione inita, teneatur probare, quae in illis scriptis de gestis, vel impendisse, vera esse, sicut in rationario scripta sunt, si in dubium iervo centur, text. est in leg. qui sub condicione, ff. de condit. & demonst. Et sic quantum ad computationem contentorum, in rationibus suis habetur pro auctore, ut tenet Comandador l. non consuetud. Praesertim, l. §. 6. gloss. 6. num. 21. ubi etiam quod probatio in hac materia non semper exigitur per testes, sed quandoque per syngrapha privata, quandoque per rei, & operis evidentiam, aut per alias conjecturas arbitrio iudicis approbandas, ut per Bald. in l. 1. C. de fide instrum. versiculo, ut est considerandum, Cornesius in lege final. §. in computatione, columna 1. C. de iur. deliberand. & ut inquit Federic. de Senis consil. 119. nulli dubium, iura nolunt angariare probationes, sed contentantur his, quae convenienter secundum materiam subiectam haberi possunt, quae observationum ultra debentur, ubi supra sequitur Cavalc. decif. 28. in additione, num. 2. & 3. Baeca de decim. tit. cap. 21. num. 23. & Ioann. Garf. de expens. & melior. ad dist. cap. 20. num. 23. in versio. praeterea, ubi librum: Et quod expensae probentur per rei evidentiam, ut in edictis ex l. lex, quaestores, C. de administ. tut. tenet t. etiam Barbat. consil. 46. num. 24. versio. inter dum per operis evidentiam volumus 4. Mascard. de probat. secundo tomo, conclus. 710. Et quod expensae probentur coniecturis motu iudicis approbandae, t. si sint modicae, secus si sint magna. Idem Mascard. consil. 720. ubi conclus. 721. quod expensae probantur per testes, t. & quod domestici admittantur, nisi quando agitur de probatione a limationis a dificationum, quia tunc requiritur depositio architectorum, ut authentic. de pop. alienatione, &c. §. qui autem. Nec sufficit, quod sint magistris, sed oportet, quod sint in dict. a limatione peritilium artis. Probantur etiam expensae per libros, in quibus descriptae sunt, si tamen tales expensae sunt verisimiles, & ex iusta, & honesta causa factae, & persona scilicet sit fide digna. Ita decidendo sentit Benintend. decif. 43. n. 5. & 12. placuit Barbat. d. consil. 46. n. 21. 24. & 25. Mascard. 2. tom. de probat. conclus. 723. n. 1. ubi n. 2. id ampliatur in expensis factis a tutore defuncto in causam pupilli in quarum probatione, licet requiratur iuramentum ultra descriptionem de his in libro factam, tamen cum amplius iuramentum praestari nequeat, s. dicitur simplici libro rationum, quia mors non minorem fidem videtur inducere, quam iuramentum, cum nemo praesumat moriendo suae salutis immemor, ut late per Alciat. de praesumt. 3. regul. praesumt. 4. per totam.

Observatio praed. ampliatur primo, t. procedat etiam in articulis impensae concernentibus articulos recepti, non impugnatos per dominum, sed acceptatos, & com-



prehensos ad augmentationem summæ recepti: quia quamvis de contentis in dictis articulis recepti aliter non constet, quam per scripturam sive confessionem reddentis rationem in suis rationibus factam, tenetur tamen per legitimum documentum probare, contenta in articulis impensarum eiusdem recepti, nec poterit allegare, quod quantum ad eandem rem vel summam, debeat in totum sitiri sive scripturam vel confessionem, tam in recepto, quam in impenso, & quod non possit pro parte acceptari, videlicet quantum ad receptum, & pro parte negari, videlicet quantum ad impensam, nisi saltem dominus nolit se invare articulo, vel confessione recepti, sed assumere in se onus probandi, illud receptum fuisse, vel debuisse recipi, petinde acsi nihil de hoc scriptum fuisset in rationibus: quis iste administrator debuit curare, ut appareret de contentis in recepto, & de causa recepti, vel per inventarium, in quo summa illa in dicto articulo recepti designata debebat esse expressa, tanquàm inventa in bonis, vel sicut nomen debitoris debuit in eodem inventario exprimi chirographum vel aliud instrumentum debiti. Ita *Comendador de confus. Paris. tit. 1. §. 6. gloss. 6. n. 22.* Credere tamen adhuc in præmissa specie arbitrari iudicis relinquere, quod sine legitima documenta, quibus probetur impensum propter connexitatem rei, præmaxime si verisimiles sint expensæ.

153 Ampliatur secundo quod præcedens comprobatio, ut procedat, etiam si rationes continerent multa alia verba & verisimilia, etiam si in reliquis omnibus essent clare verificata, excepto certo articulo impensæ, de quo solum remansit disceptatio, ut bene probat *Comendador de confus. ubi supra, num. 26. sequitur Baeca de decima. tutor. cap. 21. numero 26.*

154 Nunc vero quod præmissa observatio limitatur primo in his, quæ sunt modicæ quantitatis, in quibus sufficit iuramentum rationem reddentis, ut tenet *Specul. in tit. de instrument. edit. §. nunc vero, versic. 20. quid si exsequitur, sequitur alios allegans. ubi supra, num. 25. & Baeca de decima. ubi supra, num. 23. & Ioan. Garf. de expens. & melior. cap. 20. sub num. 23. versic. quod si expensæ sint modicæ, Doctor Castell. in suo tractatu de censuris, 8. part. in versic. e. verdad que allibro. Dicuntur autem parva sive minutæ impensæ, & probaciones, puta quod hæc essent maioris sumtus: secus in his, in quibus quilibet diligens parasset sibi probaciones, ut in magnis impensis, ita Bald. in leg. ad, quod pauperibus, in sine. & in l. nulli, colum. 2. versic. ad verius est. C. de Episcop. & cleric. & in l. si quis pro redemptio, ad fin. C. de donat. Expensæ quæ sunt quinquæ solidorum est modica, ut de ea non debeat fieri instrumentum, nec alia probatio parari, sed sufficit iuramentum, secundum Bald. in d. l. id, quod pauperibus, in sine, sequitur prædicta *Comendador de confus. ubi supra, d. n. 25.* ubi quod hoc usu in omni materia receptum est, & quod plurimum etiam consuetudinum præscripto ita expressim cavetur.*

155 Ad dit tamen ibi notandum, quod hac ratione reddendarum materia, etiam longe maior quantitas possit dici modica, & iuramento comprobari, secundum multiplices & varias circumstantias. Unde generaliter, quæ sint modicæ, vel magnæ impensæ, sunt boni iudicis est arbitrari ex rei, actus & personæ qualitate, secundum Angel. & Doctores, quos ibi citat, insuperque declarat hanc conclusionem dicens, ut intelligatur rei, scilicet, quæ fuit administrata, sit ampla, vel exigua, pretiosa, aut vilis actus, id est, factum impensæ sit verisimile & rationabile, & commode poterint haberi probaciones, vel secus, personæ si nota, spectat æque fidei sunt, vel secus. Et opinionem præstatam Angeli, & sequacium, sequitur etiam Baeca de decima. tit. d. cap. 21. sub d. n. 28. ubi idem cum Soc. consil. 49. lib. 2. & consil. 162. colum. fin. eodem vol. & consil. 49. n. 2. lib. 4. probat in ceteris administratoribus actionem redd-

dentibus, quod etiam sequitur Ioan. Garf. de expens. & melior. cap. 11. n. 16. & d. cap. 20. sub n. 23. vers. parva autem etiam, & plures allegans Masc. de probat. 2. tom. consil. 717. n. 2. ubi loquitur in quolibet administratoris, sive ex sequatore testamenti, tutore, curatore, vel herede conficiente inventarium, vel socio reddente rationem gestorum.

Sublimite primo hanc primam limitationem, dummodo hæc impensæ minutæ in scriptura rationum specificentur, scilicet, cui, quam ob causam, quantum singulariter datum sit, & sic affirmat iuramento probantur, ut voluit Ioan. Andr. ad Spec. de instrument. editione, §. nunc vero aliqua, vers. 21. quid si exsequitur, Bart. in l. qui sub conditione, in fin. ff. de condit. & demonstr. Et est n. periculosum, & fallitatis occasio, dicere simpliciter sine specificatione stari iuramento, ita cum Ioan. Andr. ubi supra, tenet *Comendador de confus. ubi supra, num. 26. & Baeca de decima. ubi supra, maxime ante, Io. Garf. d. c. 20. sub n. 23. vers. præterea 15. & an hoc procedat in conlangvineis agemus, in fr. limit. 3.*

Sublimitate secundo, prædictam primam limitationem, dummodo hæc impensæ minutæ, & specificatæ sint rationabiles & verisimiles, quia si non essent rationabiles, ut quia non debuerunt fieri, non debent approbari, ut bene declarat *Comendador de confus. ubi supra, num. 27. sequitur plures allegans Baeca ubi supra, d. cap. 21. num. 28. versic. dum tamen.* Secundo principaliter limitatur, supradictæ observatio, ut ipsa non procedat, si appareat id esse factum, cuius impensæ rationibus inferitur: tunc enim, eo ipso præsumitur factum opera. & impensæ administratoris, ad cuius curam, & officium spectabat hoc facere, ut est doctrina Bart. in l. cum servus, ff. de verb. oblig. text. in l. 2. C. de aliment. pupill. præstanta, probat *Comendador de confus. ubi supra, num. 28. ubi bene declarat, & Ioan. Garf. ubi supra, in versic. quod si, & Baeca de decima. cap. 21. num. 29. ad fin.*

Tertio limitatur quod eadem observatio in conlangvineis, à quibus non requiritur tam stricta probatio, ut decidit Paul. de Cast. consil. 12. in 6. dubio, in fin. lib. 1. Socini, consil. 73. lib. 1. ubi allegat Bald. in consil. ad primum, quod est in ordine 418. lib. 3. ubi Bald. dicit, quod etiam in non modicis statuit iuramento, si personæ qualitas, verisimilitudo, & iudicis motus cum hoc concurrant, hoc autem idem Socini, consil. 46. cum in presentibus, lib. 1. colum. 1. intelligit procedere, quando conlangvineus, puta frater, administrat tantum iure fraternitatis, secus si, ut tutor vel curator. Tunc enim vult eum teneri diligentem & exactam rationem reddere, quod verum putat *Comendador de confus. ubi supra, in consuet. Paris. tit. 1. §. 6. gloss. 6. num. 29.* Tenetur, ut exactus & strictus tenetur, quoniam expressa & solemnis obligatio, forma, & vis publici officii magis obligant, plusque operantur, quam privatim suscepta negotiorum gestio, nisi illi, quorum bona (intelligit sine tutela & cura decreta) administravit, errant minores, quorum tutelam vel curam suscipere vel providere tenebatur, tunc enim non debet in aliquo relevari, ne sit melioris conditionis negligens, quam diligens: tandem putat *Comendador de confus. nedom posse verificari hanc limitationem, & dicta Bald. in administrata bona maioris iure fraternitatis: Sed est iudicium æquum videri possit in administrata bona minoris nominatim tutor vel curator, licet non ita promerit & facilius propter periculum sacramenti, & publici officii. Et hanc tertiam principalem limitationem Socini & Molini, sequitur Baeca, d. c. 21. num. 29.*

Limitatur quarto in eo, cui rationum reddendarum prælegata esset liberatio: non enim, si tenetur rationem ponere nec probare: nisi hæc tenus, ut dolus & lata culpa ab eo excludantur, ut in terminis limitatur *Comendador de confus. ubi supra, ad fin.* de quo supra, in hoc tractatu non semel diximus. Illa tamen maxima differentia inter actionem tutelæ & curæ videtur esse, quod actio tutelæ, non nisi de posita administratione, proponi iure communi potest, l. nisi finia

finia, §. tutor. 2. §. generaliter, & l. sed non datur, de tutor. & rat. distrab. cum curatore autem manente administratione, ut cum procuratore agi potest, l. cum curat. 27. ff. de administr. tut. in Pandect. Ex quibus prædictam differentiam in terminis constituit ac probavit Petrus Greg. in syntagm. jur. 2. part. lib. 13. cap. 10. num. 1. qui cap. 11. eiusdem libr. 13. num. 2. addit, quod sic etiam actio contraria eius, qui pro tutore gestit, vel qui curam administravit, etiam pendente gestione, & antequam finita dicatur, competere potest: quia & statim, ubi obnoxii sunt prator, & curator, directæ conveniri possunt, l. 1. §. sed et si curator, ff. de contr. tut. & tut. act. Ceteræ autem actiones, veluti furti, damni, iniuriæ, conditio, præter tutelæ actionem adversus tutorem competunt, etiam si adhuc tutelam administrat tutor, l. 4. in fine ibi, ceteræ actiones, & c. ff. de tutel. & ration. distrab.

Sed contra prædictam differentiam adest text. expressus in l. 2. & in l. rationes, C. de administr. tut. ubi quod rationes curæ administratæ ante impletum quintum & vigesimum annum, durante officio, potest iure non posse, manifestum est, per quæ iura hoc resolvimus sup. hoc cap. n. 110. Et est quidem verisimum, in redditione rationum totius administrationis, ut durante dicto officio potest non possint: Regulariter fallit, in actione furti, damni iniuriæ, conditio, & rei vindicationis, & in stipulatione rem pupilli salvam fore, & in his intelligitur d. l. cum curatore 27. ff. de administr. tut. ita gloss. ibi verbo, cum curatore, & gloss. in d. l. 2. & in d. l. rationes, C. de administr. tut. & diximus modo supra, hoc idem probantes contra tutorem differentia igitur prædictæ, inter actionem tutelæ, & curæ vera non est, nec tenenda.

169 Quid autem erit, si tutor, vel curator, aliusve administrator vixerit in fidei minoris, vel domini, an in rationum redditione teneatur solvere mercedem iustam domus, videndum est Doctor Castell. in suo tractatu de censuris in nona parte, versic. lo tambien, ubi resolvit, quod si magis expediebat minori, vel domino, cuius bona administrabat, ut in illa domo eius tutor, curator, vel administrator viveret, non teneatur solvere prædictæ mercedem, ut in exemplo, de quo ibi per eum.

SUMMARI A.

- 1 Tutor, vel curatore ratione administrationis regulariter iure communi salarium petere non potest.
- 2 Fallit primo, hæc regula in tutore peregre proficiscente ad curanda negotia pupilli, debet namque hic ire expensis pupilli.
- 3 Fallit secundo quoties incidit, aliquod negotium, quod tutore ratione officii tenetur obire, ex cuius administratione tutoris facultates damnum patiuntur: tum enim iudex ei iuste salarium constituere potest, & quæ iusta causa sit in proposito constituendi salarium, arbitrio iudicis relinquitur, ut in num. 7.
- 4 An hoc procedat nedum respectu temporis futuri, sed etiam præteriti.
- 5 Quantum autem salarium debeat tunc a iudice constituiri, non iure definitum.
- 6 Tutor in præmissa specie possit contutori constituere salarium.
- 7 Tutoribus & curatoribus Regum, Principum, & Illustrissimum personarum recompenratio debetur, & tribuitur ratione administrationis.
- 8 Alimenta sunt præstanta tutori, vel curatori minoris ubi iusta subest causa.
- 9 Salarium debetur pro officio gratuito gravi, & difficili & si ab initio susceptus numeris promissum non fuerit.
- 10 Gallia tutoribus nobilium personarum daretur omnium fructuum.
- 11 Aurelia etiam.
- 12 Apud Hispanos idem servatur.

- 14 Apud Anglos etiam fructus rei pupillaris ad Regem pertinet, quoniam pupilli in tutela Regis vivunt.
- 15 Apud Portugalliam vicesima pars fructuum tutori pro labora conceditur.
- 16 Consuetudo defrens tutoribus omnes fructus est restringenda tanquam odiosa.
- 17 Apud Hispanos decimarantum pars fructuum datur tutoribus pro labore administrationis.
- 18 Tutor vel curator peregre proficiscentis pro negotio sua administrationis, an præter decimam fructuum possit reducere, & reputare etiam personales expensas necessarias.
- 19 Tutor agricola propriis manibus pupillare prædium arant, & similia faciens, ultra decimam fructuum repetat, vel reputat pretium operæ suæ, si soluta sit locare operas suas.
- 20 Tutor vel curator, ultra decimam fructuum non auditur, si potest, quod dicit aliter, vel negotiorum gestori, ut nomina debitorum exigat, & alia faceret sine nobilitate officio tutoris, & num. 21. sic iure communi attendo, quo salarium tutrici non debetur nec datur, ut in num. 22.
- 23 Tutor vel curator aliusve administrator peregre proficiscentis an ultra decimam possit capere alimenta.

CAPUT II.

An tutori vel curatori salarium debeat pro officio administrationis.

OFFICIUM tutoris iure civili gratuitum est, ideoque regulariter ratione administrationis, & laboris nihil accipere nec petere potest, laboribus §. principibus, ff. de administr. tut. l. qui negotium in priv. ff. de administr. tut. ubi quod lucrum facere ex tutela non debet, l. si is, qui, ff. de eo, qui pro tut. negot. ger. l. in eos, ff. de tutel. ubi quod nemini dari debet pecunia, ut si tutor, turpe enim recipitur salarium, pro officio, quod debet esse gratuitum, ut mandatum l. qui sine iuris, circa mediam, ff. de negot. gest.

Quam conclusionem principalem omnes Dd. uno ore proficuntur ab antiquioribus usque ad novissimos, quos congerit Baeca de decim. tut. c. 1. n. 1. cum pluribus §. q. ubi late probat, & inquit hanc esse receptissimam nostrorum sententiam, à qua nullus hæctenus discessit. Idem probat Petrus Surd. de aliment. tit. 1. q. 47. nu. 6. ubi nu. 7. quod si quid datum est, repetitur per conditionem ob turpem causam, ut dicit gl. in d. l. in eos. & Vitalis in tract. claus. in clausula, nihil non pend. consuet. in veniar. quib. idem Pet. Surd. in eodem tract. de aliment. tit. 6. quæst. 14. num. 17. probat late, & per ordinem Menoch, plures allegans, consil. 228. n. 1. cum seq. u. §. ad n. 13. incl. iure, vol. 3. cuius consil. se subscripsit Tiber. Decian.

Hæc regula quod fallit primo in tutore peregre proficiscente ad curanda negotia pupilli: debet namque hic ire expensis pupilli, & sic evitat damnum, non vero lucrum capit, l. 1. §. si pupill. versic. item, ff. de tutel. & rat. distrab. quam post Jacob. Buttric. declarat Bart. in d. l. tutoribus, §. fin. & tenet Bald. consil. 239. super primo puncto, lib. 3. sequitur alios allegans Baeca de decima. d. cap. 1. num. 3. §. 8. & Petrus Surd. d. q. 47. n. 5. diximus supra cum aliis cap. præcedentibus, in versic. similiter etiam, num. 143. ubi quod debet deduci ex his expensis, quas domi erat facturus talis administrator, & quod restitui tutor, curator, vel alius administrator, qui pedes, facere iter solet, pro pupillo eques non debet proficisci.

Secundo quod fallit d. regula, quoties incidit aliquid negotium, quod tutor ratione officii tenetur obire: tunc namque si ex eius administratione, tutoris facultates damnum patiantur, iudex iuste salarium ei constituit. Nemini enim officium suum esse debet damnosum, l. sed & si quis ex signatoribus, ff. quem admodum testam. aper. & conge-